3 consisténtes *Palat.* agere, *sup.* egre, *Gud.* nictu *scripsi* nec *Med. a b* neç *Angl. Med. c* et φ citius quam

Digitized by Google

ascendas *Par.* citius quam descendas *Ba* citius quam escendas *Schneidewinus* decidas *Ba* decides *Par.* cades *Schraderus* nimio citius decides *conl. Plauti Trin.* 387 *Bue*

V

Autúmno, ubi caurus pópulis decídua folia pándit.

Nonius 100, 9 'decidua, quae decidant, ut occidua, quae occidant. Laberius: in altum non' e. q. s.

autumno *scripsi* in altum non F^2HW sin altum non *E* sinalitum non *P* sin alium non F^1L in autumno *Bothius* caurus populis *scripsi.* caput a foliis (folis *L*) *ω*: *de* cauro *cf. Plin. n. h. II* 47, 124 *et Lucretius VI* 135 in aútumno ubi frondéns caput (*al.* coma árboris) d. f. p. *coni. Bue. Violentius septenarium trochaicum* út (*vel* síc) in autumno, ubi caúrus folia pándit decidua ín solo *effinxeram*

VI

túus amor

Tám cito crescít quam porrus, tám quam palma fírmiter.

Fronto epist. II 9 p. 30 Nab. 'et quod ait Laberius de amore, suo modo *καὶ ἐπὶ ἰδίᾳ μονόσῃ*, amor tuus' e. q. s. 'hoc igitur ego ad desiderium uerto, quod ille de amore ait.'

1 amor tuus *cod., transposui Senarii* amor tuus tám cito Crescít *e. q. s. praeplacent Buechelero* 2 tam firme quam palma *Fronto*

VII

134/6 Ad amorem iniciendum delenimenta esse deleramenta, beneficia autem ueneficia.

Fronto epist. in M. Caesarem I 6 p. 19 Nab. 'uerum est profecto, quod ait noster Laberius, ad amorem iniciendum delenimenta esse deleramenta, beneficia autem ueneficia.' Cf. Apuleius apol. 102 p. 112 K. 'o graue ueneficium dicam an ingratum beneficium?'

deliramenta *suadere non audebat Buttmannus* deliberamenta *cod.* delibamenta *Jacobsius Ad numeros sententiam sic fere redigas*: ád amorem delénimenta méra deleraménta sunt, Nón beneficia, séd ueneficia .....

Digitized by Google

VIII

'Incipio adulescénturire et néscio quid nugárum facere.

Nonius 74, 15 'adulescenturire. Laberius: incipio' e. q. s.

IX

Quae nám mens, quae deléritas uos súppolitorís facit
Cum cáno . . eúgio puéllitari . . .?

Nonius 490, 20 'deleritas, deleratio' (ita W in mg., Leid. Bamb.) 'Laberius: quae nam' e. q. s.

1 deleritas *BaLW in mg.* deliritas φ subpolitoris *vel* suppolitoris (sopp. *P* sup. *Ba*[1]) ω (*cf. coroll.* LXXXVIII) suppilatores *Aldina* 2 puellari H^1 uellitari *ed. pr.* uelitari *ed.* 1480 puellitarier *Scaliger* anilique *post* cano, turpiter *in fine versus supplet Bue: pro illo etiam* uxoris *cogitari potest.*

X

uxorém tuam 141
Et meám nouercam cónsectari lápidibus
A pópulo uideo.

Priscianus p. 791 P. 'Laberius: uxorem' e. q. s. 'consectari passiue posuit, *διώκεσθαι*.' Cf. v. 11 sq.

1 *sqq. Versus restituit Bothius*: uxorem tuam et (et *om. Bamb., fort. recte*) meam nouercam a populo lapidibus consectari uideo ω, *quo servato ordine trochaeos* úxorem . . . lapidibus Cónsectari u. *parum numerosos Hertzius proposuit*

XI

. . . . . frustrámur inridémur

Priscianus p. 793 P. 'frustratus *ματαιωθείς*. Laberius: f. i.'

XII

Láuite item hillam! cócus si lumbum adússit, caedetúr 145
flagris.

Nonius 122, 10 'hillas intestina ueteres esse dixerunt;

Digitized by Google

unde Bohillae, oppidum in Italia, quod eo bos intestina uulnere trahens aduenerit. Laberius: labit' e. q. s.

lauite item *scripsi* lauititem H^2 labitatem F^1H^1L labititem φ illam FH^1L coque *Vrbin.* 307 caedetur flagris *scripsi* flagris ceditur *W mg.* fragilis ceditur EFH^1LP fragulis caeditor *coni. x* (*Probus CGL* IV 198, 9 '*flagellum, non fragellum*')

XIII

Plinius n. h. IX 17, 28 'postea praecipuam' (inter pisces) 'auctoritatem fuisse lupo et asellis Nepos Cornelius et Laberius poeta mimorum tradidere.'

XIV

. . . . . [áliqua parte] euúlserat

Diomedes p. 369 P. 'uello uellis uulsi, sed melius uelli . . Laberius: aliqua parte p.'

aliqua parte *grammatico reliquit Keilius* euulserat *Buc* euulserat *corr.* p̄uulserat *Monac.* praeuulserat φ

XV

. . . . coícior in fullónicam

XV sq. Gellius XVI 7, 5 eis quae ad XVII transcripsimus haec subiecit: 'et coicior inquit in f. et [XVI^a].'

XVI^a

Quid próperas? ecquid praécurris Calidóniam?

ecquid *Petav.* &q̇d *Germ.* quid φ p̄curris *Lugd.* Calidoniam *scripsi, scil. Atalantam* caldonia ω

XVI^b

Maéreo: mens íncorrupta míseriter corrúmpitur.

Nonius 517, 1 'miseriter pro misere. Laberius mereo' e. q. s. (mareo Ba L^1 Marco pro titulo fabulae ed. princ. eademque opinione ducti ceteri: Macco Bentinus Nereo

Digitized by Google

Bothius Mario vel Morione ipse conieci, quamquam dubitanter; maereo in poetae textum intulit Quicheratius, marceo x)

mereo *HPW* mareo *BaCL*[1] macreo *L*[2]

XVII

mendicimonium. moechimonium. adulterio. adulteritas. depudicauit. abluuium. elutriare lintea. lauandaria.

Gellius XVI 7, 1 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter. Nam et mendicimonium dixit et moechimonium et adulterionem adulteritatemque pro adulterio, et depudicauit pro stuprauit et abluuium pro diluuio . . . et elutriare lintea et lauandaria dicit, quae ad lauandum sint data.' Cf. Nonius p. 140, 31 ad Cophini II exscriptus. (eleutriare Paris. eleutriare [e eras.] Reg. Cf. Roensch ann. philoll. 1883 p. 214 labandaria Paris. Lugd. labrandria Voss. labandria φ lauandria vulgo)

XVIII

arra

Gellius XVII 2, 21 'nunc arrabo in sordidis uerbis haberi coeptus ac multo uidetur sordidius arra, quamquam arra quoque ueteres saepe dixerint, et compluriens Laberius.'

XIX

dictabolaria

Fronto de orat. p. 156 Nab. 'neque ignoro — — — ut Laberius, dictabolaria, immo dicteria potius eum' (Senecam) 'quam dicta continere.' Cf. Novius inc. fab. XV.

XX

arietem reciprocicornem, lanicutem, testitrahum

Tertullianus de pallio 1 'nam et arietem non quem Laberius reciprocicornem et lanicutem et testitrahum,' (testitrabum Vindob. Leid., ed. pr. textrabum Laur.) 'sed trabes machina est, quae muros frangere militat' e. q. s. Vnde Salmasius uersum fecit hunc: Recíprocicornis lánicus

Digitized by Google

testítrahus. Graece: *ἀνακαμψικέρατος ἐριόθριξ ὀρχεισύρος*. Cf. Aries mimus.

XXI

Tertullianus apolog. 48 'age iam, si qui philosophus adfirmet, ut ait Laberius de sententia Pythagorae, hominem fieri ex mulo, colubram ex muliere, et in eam opinionem omnia argumenta eloquii uirtute distorserit, nonne consensum mouebit et fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi propterea? persuasum quis habeat, ne forte bubulam de aliquo proauo suo obsonet?' Cf. Cancer.

Senarium sic (vel ait) hóminem fieri ex múlo, colubram ex múliere notavit Bue

XXII

155 [dextrabus]

Nonius 493, 19 'dextrabus pro dexteris. Laberius in Odissia: deque manibus dextrabus.' Aut Livius cum Bentino scribendum aut lacuna statuenda huius modi: 'Laberius . . . Liuius in Odissia' e. q. s.

XXIII

sobrior

Charisius p. 64 P. 'sobrius, quod nomen comparari non debet. neque enim sobrior neque sobrissimus dici potest, quamuis Laberius sobrior dixerit.'

XXIV

aluus

Charisius p. 61 P. 'aluum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Caluus . . . et Heluius Cinna . . . et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebrauit.'

Digitized by Google

XXV

obiter

Charisius p. 187 P. 'obiter diuus Hadrianus sermonum primo quaerit an Latinum sit: quamquam, inquit, apud Laberium haec uox esse dicatur' e. q. s.

XXVI

Cicerō ad fam. VII 11, 2 (Trebatio a. 701) 'sed heus tu, quid agis? ecquid fit? uideo enim te iam iocari per litteras .... si cito te rettuleris, sermo nullus erit; si diutius frustra afueris, non modo Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. mira enim persona induci potest Britannici iure consulti. haec ego non rideo, quamuis tu rideas; sed de re seuerissima tecum, ut soleo, iocor.' Cf. 10, 1.

VALERIVS

Valerivs, iure consultus et Ciceronis familiaris, quem ut Laberium mimos scripsisse euincere uidentur Ciceronis ad fam. VII 11, 2 verba modo laudata. Dixerunt de eo Schwabius quaest. Catull. 25 sq., et R. Schoellius legis XII tabb. rell. p. 38, cf. praeterea coroll. LXXXVIII.

PHORMIO

Phormio utrum palliata fuerit et ab alio nescio quo Valerio facta an huius Valerii mimus, sane incertum, quamquam titulo ipso mimus certe non excluditur.

Quid híc cum tragicis uérsis et syrmá facis?

Priscianus p. 679 P. 'Valerius in Phormione: quid' e. q. s. 'pro syrmate.' Idem p. 712 P. 'uersi quoque pro uersus.

Digitized by Google

Laberius ... Valerius in Phormione: quid' e. q. s. (ualirius Sang. Terentius Reg. Terrent. Halb. Terr̃ Barb. in mg. Cf. Iuvent. inc. fab. I. II)

PVBLILIVS SYRVS

De nominibus disseruit Woelfflinus in Philol. XXII p. 439 sqq. et in prolegomenis p. 3 sq.

MVRMVRCO

Thesaur. nov. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 362 'mumurcones' (murmurones Hildebrandus gloss. Par. p. 214), 'murmuratores mugissores mussitatores.' (Placidus CGl V 33 G. 'murgissor, irrisor lusor.' p. 85: 'murgiso, callidus murmurator.' Cf. ibid. IV 260. 366. 539 V 312 'murgisso') Gloss. Vat. CGl IV 117 G. 'mirmidones, dolosi.'

Céllas seruorúm conuerri . . . . . .

Priscianus p. 900 P. 'uerro enim secundum Seruium uersi facit, secundum Charisium autem uerri, quod et usus comprobat ... Publius in Murmunthone: cellas s. c.' (puplius Sang. Carolir. muromunthone Halb. Barb., om. Sang. muromuntone Carolir. moro munthone Grut. muro muṇnthone Bong. muromonthones, corr. mauromonthones, Bamb. murmurithone Reg. murmunthone Zwicc. a Darmst.[a] Krehlii. Mimo Mutone Niebuhrius in margine exemplaris sui. Moro mentone vel Murrhinone vel *Μορμομόθωνι* proposuit Ritschelius, Murmidone Hertzius, Murmillone Bernhardy. Cogitavi ipse olim de Muto Mutuno vel Muro Mutuni vel Murco mutone.) Hesychius: *μύρκος· ὁ καθόλου μὴ δυνάμενος λαλεῖν. Συρακούσιοι. ἐνεός, ἄφωνος.* Cf. *μυρικᾶς.*

PVTATORES

Progrédere et ne quis látibuletur, próspice.

Nonius 133, 7 'latibulet et latibuletur pro lateat. Neuius Erotopaegnion ... Publilili putatoribus: progredere' e. q. s. (Publilius ed. a. 1476)

praegredere *Quicheratius* prospice P^1*? Vrbin.* 307 perspice φ

Digitized by Google

EX INCERTIS FABVLIS

I

[Luxúriae rictu Mártis marcent moénia.
Tuó palato claúsus pauo páscitur
Plumáto amictus aúreo Babylónico,
Gallína tibi Numídica, tibi gallús spado:
Cicónia etiam gráta peregrina hóspita
Pietáticultrix grácilipes crotalístria
Auis, éxul hiemis, títulus tepidi témporis,
Nequítiae nidum in cáccabo fecít modo.
Quo márgaritam cáram tibi, bacam 'Indicam,
Smarágdum ad quam rem uíridem, pretiosúm uitrum,
Quo Cárchedonios óptas ignes lápideos,
Nisi út scintilles? próbitas est carbúnculus.
An út matrona ornáta phaleris pélagiis
Tollát pedes indómita in strato extráneo?
Aequum ést induere núptam uentum téxtilem,
Palám prostare núdam in nebula línea?]

Petronius 55 'rogo, inquit' (Trimalchio) 'magister, quid putas inter Ciceronem et Publilium interesse? ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. quid enim his melius dici potest? luxuriae' e. q. s. Bernhardyo hist. lit. Rom. 460 exemplum Publilianae artis imitari magis quam exprimere videntur hi versus.

1 ritu *Tragur.* 2 pascitur *Scaliger* nascitur *Tragur.* 6 pietaticultrix *Leid.* pietatis cultrix φ 8 modo *Jacobsius, Bue* meo ω 9 margaritam caram *scripsi* margarita cara ω tibi, bacam Indicam *Heinsius* tibi baca (bacça *Leid.*) indica *Bern. Leid.* tribaca indica φ uitribaca Indica *coni. Bue* *Post hunc versum quaedam excidisse olim putaveram: miscuisse Trimalchionem quos meminerat Syri versus credit Bue, huic versui apte continuari v.* 14, *et v.* 12 *sq. post v.* 15 *sq. sequi debuisse* 10 uiride p. u. *coni. Bue* 11 portas *malit Heinsius* aptas *Jacobsius* 12 scintilles *Heinsius* scintillet ψ scintille *Voss.* scintillent χ est ψ e *Bern.* 'nisi forte probitatem carbunculum habueris qui scintillare debeat' *interpretatur Bue, si sana*

Digitized by Google

sit scriptura. carbunculas *Trag.* carbunculos *Bern.* scintillet probitas e carbunculis *Bue*[2] 14 tollas *conieci* 15 induere *Leid.* inducere φ 16 linea *Leid.* lune (lunae) φ

II

Quid érgo in uentre parti sarabaras tuo
Suspénderit?

Isidorus orig. XIX 23 'sarabarae sunt fluxa ac sinuosa uestimenta, de quibus legitur in Daniele ... et Publius: ut quid' e. q. s. (plūpl, del. upl, suprascr. m. 2 t plublius Mon. Puplius Wolfenb.) σαράβαρα anaxyrides qualibus Persae utebantur: Antiphanes in Scythis apud Poll. 7, 59. 10, 168. Ergo apud Syrum quoque Persae nescio cuius bracae rideri videntur.

1 ut quid ω: *delevi* ut *corruptum fort. ex* ait in uentre parti sarabaras tuo *scripsi* in uentre tuo parti (parthi *Wolfenb.* parthis *Mon.*) sarabara *Wolfenb. Germ. German. duo* parthi in uentre tuo sarabaras suas *Gu.* 1 in uentre tuo parthi sarabaras suas *Gu.* 2. 3 2 suspenderit *scripsi* suspenderint *Germ.* 1 *et* i *suppuncta Germ.* 2 suspenderunt φ quid ergo? in uentre Parthi (*vel* Parthi in u.) sarabaras tuo suspenderant *Bue*

CATVLLVS

LAVREOLVS

I

Iuvenalis sat. VIII 187 'Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit Iudice me dignus uera cruce.' scholiasta 'hoc ideo quia in ipso mimo Laureolo figitur' ('fingitur' Dziatzko mus. Rhen. 31, 380) 'crux: unde uera cruce dignus est Lentulus, qui tanto detestabilior est, quanto melius gestum imitatus est scaenicum. hic Lentulus nobilis fuit et suscepit serui personam in agendo mimo et deprehensus in falso cruci fixus est.' Iosephus antiq. XIX 1, 13 μῖμος εἰσάγεται, καθ' ὃν σταυροῦται λῃστῶν ἡγεμών.

Digitized by Google

Cf. Martialis de spectac. 7 'qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Adsiduam nimio pectore pauit auem, Nuda Caledonio sic uiscera praebuit urso Non falsa pendens in cruce Laureolus' e. q. s. Tertullianus adv. Valentin. 14 'ita depulsa quo minus pergeret nec habens superuolare crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata' e. q. s.

II

Suetonius Calig. 57 'et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem uomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scaena abundauit.'

PHASMA

Iuvenalis VIII 185 'consumptis opibus uocem, Damasippe, locasti Sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.' schol. 'nomen est mimographi, et Phasma nomen est fabulae.'

INCERTVS MIMVS

Iuvenalis XIII 109 'nam cum magna malae super est audacia causae, Creditur a multis fiducia. mimum agit ille, Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli.' schol. 'talis est enim mimus, ubi seruus fugitiuus dominum suum trahit.'

LENTVLVS

CATINENSES

Tertullianus de pallio 4 'sed et qui ante Tirynthium accesserat pugil Cleomachus post Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra

Digitized by Google

cutem caesus et ultra inter fullones iam Nouianos coronandus meritoque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus utique sicut uestigia cestuum uiriis occupauit, ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit.' Cf. Furii Bibaculi in schol. Iuven. 8, 16 versum 'Osce senex Catinaeque puer, Cumana meretrix.'

LENTVLI. HOSTILII

Hieronymus adv. Rufin. II p. 414 'et quasi mimum Philistionis uel Lentuli ac (l. aut) Marulli stropham eleganti sermone confictam'. Cf. Tertullianus ad nationes I 10 Mercator in Marium p. 9 B. (mus. Rhen. 44, 530) Anubidis personati sc. adulterium aliquod ipso aerae nostrae initio Romae commissum Iosephus antiquit. XVIII 3, 4 narrat; de Luno Carris culto Spartianus in Caracalli vita c. 7.

Tertullianus apolog. 15 'dispicite Lentulorum et Hostiliorum uenustates utrum mimos an deos uestros in iocis et strophis rideatis: moechum Anubin et masculum Lunam et Dianam flagellatam et Iouis mortui testamentum recitatum et tres Hercules famelicos inrisos.'

MARVLLVS

De Marvllo testimonia composuit Hauptius Herm. I 43: adde S. Paulini epigr. in corp. eccl. lat. 16, 499 v. 79, de quo Manitius in mus. Rhen. 50, 153.

INCERTI NOMINIS

I

. . . . tu Hectórem imitare: ab Ílio
Numquám recedis.

Digitized by Google

Servius in Aen. VII 499 'perque ilia] hoc ile et haec ilia facit. hinc et Iuuenalis: uis frater ab ipsis Ilibus? nam quod Marullus mimographus dixit: tu' e. q. s. 'cum de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomen. nam ab ili debuit dicere.' Idem in ecl. VII 26 'rumpantur ut ilia] sicut etiam in Aeneide diximus, hoc ile et haec ilia facit . . . nam Marullus mimographus contempsit artem ad iocum mouendum, et parasito dixit: tu ut Hector ab Ilio numquam recedis. est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam.'

Marulli verba in senarios redegit Bothius imitare *G. Hermannus* imitaris *Servius loco priore: altero usus testimonio* ut Héctor tu recedis numquam ab Ilio *commendavit Bue*

II

Iulius Capitolinus in vita Antonini philosophi c. 8 'adepti imperium ita ciuiliter se ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo desideraret, cum eos Marullus sui temporis mimographus cauillando inpune perstringeret.' Cf. praeterea anon. mim. fr. XI.

L V C I L I V S

Seneca epist. 8, 9 'alienum est omne, quicquid optando euenit [Syri sent. 1]. hunc uersum a te dici non paulo melius sed adstrictius memini: non est tuum' e. q. s. 'Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo: dari bonum' e. q. s. Rettulerunt inter Publilianas sententias: cf. sent. fals. 41. 243 W.

INCERTI NOMINIS

I

Non ést tuum, fortúna quod fecít tuum.

II

Darí bonum quod pótuit, auferrí potest.

Digitized by Google

ANONYMI

FABA

Cicero ad Att. I 16, 13 'uidesne consulatum illum nostrum, quem Curio antea *ἀποθέωσιν* uocabat, si hic factus erit, Fabam mimum futurum?'

Seneca apocoloc. 9 'olim, inquit, magna res erat deum fieri, iam famam mimum fecistis.' Cum apud utrumque *ἀποθεώσεως* mentio fiat, argumentum mimi vix aliud fuisse potest quam Pythagorei de migratione animae dogmatis praeceptorumque ad victum pertinentium inrisio (hist. poes. Rom. I² 226). Fabae reverentia quantam ridendi materiam praebuerit, causarum quibus abstinentia eius e. c. in Porphyrii vita c. 44 firmatur ineptiis satis declaratur. Novam nuper ariolationem inanibus exstructam argumentis pro certa vendidit Th. Birt in Dieterici Pulcinella 277 sq. eiusque adsensum tulit p. 91. Nec fatuum mimum probo, quod O. E. Schmidt Philologi n. s. X 554 proposuit.

LASERPICIARIVS

Petronius c. 35 'atque ipse etiam taeterrima uoce de Laserpiciario mimo canticum extorsit.'

TVTOR

Cf. anon. mim. IV—VI.

Cicero de orat. II 64, 259 'non insulsum genus' (ridiculi) 'ex eo, cum ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare, ex quo uno genere totus est Tutor, mimus uetus oppido ridiculus.'

ALIVS MIMVS

Vxoris partes Thymelen, mariti Corinthum egisse conlegerunt ex Iuvenalis VIII 197 'mortem sic quisquam exhorruit, ut sit Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?' Ceterum cf. Horatii sat. II 7, 59 sq. Martialis I 4, 5 II 72, 3 sq. V 61, 11 sq. et infra fr. XXXIV.

Digitized by Google

Iuvenalis VI 44 'si moechorum notissimus olim Stulta maritali iam porrigit ora capistro, Quem totiens texit perituri cista Latini.' scholiasta 'qui totiens superueniente marito sub cista celatus est, ut in mimo.'

ANONYMORVM MIMORVM RELIQVIAE

Aliquot inter palliatae fragmenta receptos versiculos ad mimum potius videri pertinere suo loco monui.

I

Rhetorica ad Herennium I 14, 24 'mimus quidam nominatim Accium poetam compellauit in scaena: cum eo Accius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda.'

Cf. II 13, 19 'C. Caelius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scaena nominatim laeserat, P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit.' Fictam ad Graecum exemplum controversiam statuit Marx prol. p. 109.

II

Cicero ad fam. IX 16, 7 'nunc uenio ad iocationes tuas, quoniam tu secundum Oenomaum Acci non ut olim solebat Atellanam, sed ut nunc fit mimum introduxisti. quem tu mihi pompilum, quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est: Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi magistros . . . . quod si perseueras me ad matris tuae cenam reuocare, feram id quoque. uolo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quae scribis adponere

Digitized by Google

aut etiam pompilum miniati Iouis similem. . . . tu uero . . . ad tyrotarichum antiquum redi . . . . salis enim satis est, sannionum parum.' Cf. XIV.

Repetii locum, quamvis magnopere dubitem num certum mimum respexerit Cicero: nihili est Krahneri coniectura in ephem. Marb. 1852 p. 396 sqq. prolata, Popilium, Denarium, Tyrotarichi patinam exodiorum (Accianorum adeo!) nomina esse: ultimam, scil. tyrotarichi patinam Dieterich Pulc. 75. 109 saturam interpretatur. Ceterum cf. ad Att. IV 8a, 1. XIV 16, 1. pompilum Rutilius (idem infra scripsi, ubi polypum Med.) popillium Med. polypum Corradus popellum Bue thynnarium Rutilius (cantharum Mendelssohn naritam Fr. Schoell). Immo ne unum quidem denarium se in olla habere lamentatus erat Paetus (cf. 18, 4). miniani cod., corr. Lambinus: tenet illud Mendelssohn.

III

Cicero Phil. II 27, 66 'in eius igitur uiri copias cum se subito ingurgitasset, exultabat gaudio, persona de mimo: modo egens, repente diues.'

Cf. Cicero pro Quinctio 17, 55 'uetus est de scurra multo facilius diuitem quam patrem familias fieri posse.' Petronius c. 80:

'grex agit in scaena mimum: pater ille uocatur,
filius hic, nomen diuitis ille tenet.
mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
uera redit facies, dum simulata perit.'

(In v. 3 pro pagina expectes capsula: reponebantur enim in capsula chartae, quae scriptas partes exhibebant, cum peracta fabula esset. machina ci. Bue pergula nescio quis)

IV

Cicero pro Caelio 27, 64 'uelut haec tota fabula ueteris et plurimarum fabularum poetriae quam est sine argumento! quam nullum inuenire exitum potest! . . . mimi ergo est iam exitus, non fabulae: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis e

Digitized by Google

manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur.' Cf. XXX.

V

Fátuus homo post quám rem habere coépit, est emórtuus.

V—VII Cicero de orat. II 67, 273 'acutum etiam illud est, cum ex alterius oratione aliud excipias atque ille uult . . . sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodam modo nobis. [1—5] Genus hoc leuius et, ut dixi, mimicum, sed habet non numquam aliquid etiam apud nos loci, ut uel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid.' Laberii esse fr. VII suspicatur Bergkius annall. philoll. 1870 p. 845, et cogitavit de eiusdem poetae Aquis caldis Vsenerus.

fatuus homo *septenarii initio scripsi.* homo fatuus *ω*, *quod lacuna indicata olim prioris senarii frustum esse statuebam* emortuus *Lambinus* mortuus *ω*

VI

. . . . . quid est tibi ísta mulier? — 'Vxor. — Similís medius fídius.

Disposuit et explicavit Lachmannus in Lucr. 227.

VII

⟨Is⟩ quám diu ad aquas fúit, numquam est mórtuus.

quod diu *Lag.* 2. 36 aquam *Lag.* 2. 36 *Fortasse* non umquam *aut pro illo* fuit *vel* uixit *vel* mansit *scribendum* emortuus *Lambinus* quam díu ad aquas f., numquam quisquam (iste numquam *Bue*) est mortuus *Bergkius*

VIII

Varro apud Augustinum de civ. dei IV 22 'ex eo enim poterimus, inquit, scire quem cuiusque causa deum inuocare atque aduocare debeamus: ne facia-

Digitized by Google

mus, ut mimi solent, et optemus a Libero aquam, a Lymphis uinum.'

Ibidem VI 1 'ne absurditate turpissima, qualis ioculariter in mimo fieri solet, peteretur a Libero aqua, a Lymphis uinum . . . quod cum fit ab scientibus mimis, digne ridentur in theatro.'

IX

. . . . . o dominum aequum ét bonum!

Suetonius Oct. 53 'domini appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit. cum spectante eo ludos pronuntiatum esset in mimo: o dominum' e. q. s. 'et uniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, et statim manu uultuque indecoras adulationes repressit et insequenti die grauissimo corripuit edicto.' Idem narrat Orosius VI 22.

X

7 Vopiscus Aureliani c. 42 'ut bene dictum sit a quodam mimico scurra Claudii huius temporibus, in uno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi.'

Vnde versus effecit Salmasius hos: in ánulo uno príncipes possúnt boni Scribi átque pingi. *Aliter transpositis verbis alia effici possunt.*

XI

8 Iulius Capitolinus de vita M. Antonini 29 'crimini ei datum est quod adulteros uxoris promouerit Tertullum et Vtilium et Orphitum et Moderatum ad uarios honores, cum Tertullum et prandentem cum uxore deprehenderit. de quo mimus in scaena praesente Antonino dixit: cum stupidus nomen adulteri uxoris a seruo quaereret et ille diceret ter Tullus et adhuc stupidus quaereret, respondit ille: iam tibi

Digitized by Google

dixi ter Tullus dicitur.' Stupidi Graeci commemorantur in CIL VI 1063 sq.

Mimus fortasse Marullus fuit, cuius vide fr. II.

Fortasse exitus versus hic fuit: iam tibi díxi ter, Tullús fuit; *nam neque* ter Tullus *neque* dixi ter *separanda numeris esse sentio.*

XII

⟨Vos⟩ uíli uultis émere et caro uéndere.

Augustinus de trinit. XIII 3 'unde illa cuiusdam mimi facetissima praedicatur urbanitas, qui cum se promisisset in theatro quid in animo haberent et quid uellent omnes aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutam ingenti expectatione maior multitudo conflueret, suspensis et silentibus omnibus dixisse perhibetur: uili uultis emere et caro uendere. In quo dicto leuissimi scaenici omnes tamen conscientias inuenerunt suas, eique uera ante oculos omnium constituta et tamen inprouisa dicenti admirabili fauore plauserunt.'

[XIII

Iulius Capitolinus de Maximinis duobus c. 9 'cum immortalem se prope crederet ob magnitudinem corporis uirtutisque, mimus quidam in theatro praesente illo dicitur uersus Graecos dixisse, quorum haec erat Latina sententia: et qui ab uno non potest occidi, a multis occiditur. elephans grandis est et occiditur, leo fortis est et occiditur, tigris fortis est et occiditur: caue multos, si singulos non times. et haec imperatore ipso praesente iam dicta sunt. sed cum interrogaret amicos, quid mimicus scurra dixisset, dictum est ei quod antiquos uersus cantaret contra homines asperos scriptos; et ille, ut erat Thrax et barbarus, credidit.']

Digitized by Google

XIV

Cicero de orat. II 61, 251 'atque hoc etiam animaduertendum est, non esse omnia ridicula faceta. quid enim potest esse tam ridiculum quam sannio est? ore, uultu, imitandis moribus, uoce, denique corpore ridetur ipso. salsum hunc possum dicere atque ita, non ut eius modi oratorem esse uelim, sed ut mimum.' ('imitandis moribus' incl. Harnecker) Cf. II et Nonius p. 61 v. sanniones. Zielinski quaest. com. 57.

XV

Nonius 6, 25 'caluitur dictum est frustratur, tractum a caluis mimicis, quod sint omnibus frustratui.'

XVI

Horatius epist. I 18, 10 'alter in obsequium plus aequo pronus et imi Derisor lecti sic nutum diuitis horret, Sic iterat uoces et uerba cadentia tollit, Vt puerum saeuo credas dictata magistro Reddere uel partis mimum tractare secundas.' Cf. XVII.

XVII

. . . . . sálua res: cantát senex.

Festus p. 326 M. 'salua res . . . . . senex quare parasiti Apollonis in scaena dictitent, causam Verrius in l. V.; quorum prima est P littera, reddidit. quod C. Sulpicio C. Fuluio cos., M. Calpurnio Pisone pr. urb. faciente ludos subito ad arma exierint nuntiato aduentu hostium uictoresque in theatrum redierint solliciti, ne intermissi religionem adferrent instaurandique essent: inuentum esse ibi C. Pomponium libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret. itaque gaudio non interruptae religionis editam uocem nunc quoque celebrari. at in hoc libro refert Sinni Capitonis uerba, quibus eos ludos Apollinares Claudio et Fuluio cos. factos dicit ex

Digitized by Google

libris Sibyllinis et uaticinio Marcii uatis institutos, nec nominatur ullus Pomponius: ridiculeque de ipsa appellatione parasitorum Apollinis hic causam reddit, cum in eo praeterisset. ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur.' Cf. XVI. Servius Verg. Aen. III 279 'nam cum Romani iracundia matris deum laborarent et eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidam senex statutis ludis circensibus saltauit, quae sola fuit causa placationis, unde et natum prouerbium est: omnia secunda, saltat senex.' Adde Macrobii Sat. I 17, 25 sqq. Factum est quod narravit Verrius P. Sulpicio Galba Cn. Fulvio coss. anno 543/211, M. Calpurnio Pisone praetore urbano ludos Apollinares curante anno praeterito Ap. Claudio Pulchro Q. Fulvio Flacco coss. primum institutos, quo ipso anno parasitos Apollinis, h. e. artificum scaenicorum sodalitatem, institutos esse coniecit Merkelius ad Ovidii fast. p. CCXXXIV. Suspicor non in scaena, sed in cena parasitos istos Apollinis proverbio illo usos fuisse, cum re bene gesta epulis se recrearent.

XVIII

cata carisa

Placidus CGl V 15 (cf. p. 52) G. 'carisa, uetus lena percallida, unde et in mimo fallaces ancillae catacarisia (catacarisiae p. 52) appellabantur.' Cf. V 596 IV 28 G. Loewii Prodrom. 304 sqq. H. Jordan Krit. Beitr. 80 sqq.

catae carisae *Hildebrandus*

XIX

strutheum

Festus p. 313 M. 'strutheum in mimis praecipue uocant obscenam partem uirilem, a salacitate uidelicet passeris, qui Graece struthos dicitur.' Cf. schol. Iuvenal. VI 66.

XX

familiares

Seneca epist. V 6 (47), 14 'dominum patrem familiae adpellauerunt' (maiores nostri), 'seruos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares.' Cf. Macrobius Sat. I 11, 11.

Digitized by Google

XXI

ingluuiae

Gloss. Amplon. CGl V 367 G. 'in mimo ingluuiae, quod tantum ad mimarios et mimographos pertinet.'

XXII

monopticus

Scalig. gloss. in CGl V 603 G. 'monopticus, mimus . . .'

XXIII

exodiarius

Placidus CGl V 67 G. 'exodiarius, in mimis turpitudo delectabilis.' Cf. Loewii gloss. nominum p. 84.

XXIV

podiarius

Gl. Scal. in CGl V 608 G. 'podiarius, inter mimos.'

XXV

ludosi.

Gloss. Vatic. in CGl IV 112, 7. 9 V 464 G. 'ludosi, mimosi.' (ludos, mimos IV 112, 7)

XXVI

choragium

Gloss. Paris. p. 284 H. 'choragium ornatus mimicus, id est tiara.' Cf. Pauli Festus p. 52 M. 'choragium, instrumentum scenarum.' Diversa est glossa in CGl IV 45, 6 V 593, 49 G.

XXVII

choraula

Gloss. Vatic. CGl IV 44 G. 'choraula, mimus.' Gl. Scal. V 594 G. 'choraula, iocularius.' Sang. 'coraula mimus, cantator.' Plura collegit Hildebrandus.

Digitized by Google

XXVIII

strigio

Gloss. Scal. in CGl V 610 G. 'strigio, mimarius scenicus.' An strio vel istrio, i. e. histrio?

XXVIII[a]

Varro de l. l. VI 61 'dico . . . . hinc appellatum dictum in mimo ac dictiosus.'

XXIX

Augustinus de civ. dei VI 7 'numquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? an aliter stat adorandus in locis sacris quam procedit ridendus in theatris?' Cf. XIX. Seneca nat. qu. I 16, 1 'Hostius fuit Quadra obscenitatis in scaenam usque productae' e. q. s.

Eadem fere 'numquid enim Priapo mimi ac poetae, non etiam sacerdotes' e. q. s. habet Boethius de dis et praesensionibus in scholl. Cicer. ed. Orelli II p. 392, 37.

XXX

Seneca epist. 114, 6 'qui' (Maecenas) 'in omni publico coetu sic adparuerit, ut pallio uelaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo fugitiui diuitis solent.' Cf. III et IV.

diuitis Lipsius, Bue diuites Bamberg. dautes Argent. milites Hauptius Herm. VII 182.

XXXI

Ovidius trist. II 497 sqq. 'quid si scripsissem mimos obscena iocantes, Qui semper ficti crimen amoris habent?

Digitized by Google

In quibus assidue cultus procedit adulter, Verbaque dat stulto callida nupta uiro. Nubilis hos uirgo matronaque uirque puerque Spectat, et ex magna parte senatus adest. Nec satis incestis temerari uocibus aures: Assuescunt oculi multa pudenda pati. Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur et magno palma fauore datur.'

Cf. Valerius Maximus II 6, 7 Ael. Lampridius in vita Heliogabali c. 25 Minucius Felix 37, 12. Cyprianus ad Donatum c. 8. Alia testimonia similia vide in Grysari l. l. 18 sq.

XXXII

Arnobius adv. nat. IV 36 'etiam mimis et scurrilibus ludicris sanctissimorum personae interponuntur deorum . . . iocularibus feriuntur cauillationibus numina, conclamant et assurgunt theatra, caueae omnes concrepant fragoribus atque plausu.'

XXXIII

Arnobius adv. nationes VII 33 'mimis nimirum di gaudent, et illa uis praestans neque ullis hominum comprehensa naturis libentissime commodat audiendis his auris, quorum symplegmatibus plurimis intermixtos se esse derisionis in materiam norunt. delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, salapittarum sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore' e. q. s.

Conferri iussit Bue Aristophanis nub. 537 sqq.

Digitized by Google

XXXIV

Seneca controv. II 4 (12) p. 154 M. 'uere mimicae nuptiae, in quibus ante in cubiculum riualis uenit quam maritus.'

nuptiae, in Madvicus nustis, nustus, nostis, natis codd. Cf. Iuvenalis VI 44.

XXXV

Seneca de breuitate uitae 12, 8 'i nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. plura mehercules praetereunt quam fingunt et tanta incredibilium uitiorum copia ingenioso in hoc unum saeculo processit, ut iam mimorum arguere possimus neglegentiam.'

Mimum Vespasiano praesente in Marcelli theatro actum narrat Plutarchus de soll. anim. 19 p. 973 E. 'Ex Atellana mimove aut comoedia' sumptum a Frontone fer. Als. 3 p. 226 Nab. de Hadriano senarii frustum

. prándiorum opímorum esorem óptimum

coniecit Bue mus. Rhen. 35, 394.

Idem in actis martyrum Theodorici Ruinart opera ac studio collectis (Veronae 1731 p. 236 sq.) quae de Sancto Genesio 'magistro mimithymelae artis' Christiana mysteria per mimos irridente narrantur indicavit. Sed et haec et alia, quibus mimorum lascivia describitur, testimonia hic, ubi non id agitur, ut generis universi natura et historia adumbretur, praetereunda esse censui.

Digitized by Google

INDEX POETARVM

Fabulae Palliatae

Aquilius *p.* 38
Atilius *p.* 37
Caecilius Statius *p.* 40
Quintipor Clodius (*Varronis sat. fr.* 59 *B. et epistula ad Fufium p.* 259 *R. cf. Buechelerus mus. Rhen.* 14, 447)
Q. Ennius *p.* 5
Fundanius (*Hor. sat.* I 10, 42)
Aristius Fuscus '*scriptor comoediarum*' (*Porphyrio Hor. epist.* I 10)
Iuventius *p.* 94
Licinius Imbrex *p.* 39
Livius Andronicus *p.* 4
Luscius Lanuvinus p. 96
T. Maccius Plautus
Cn. Naevius *p.* 6
Plautius (*Gell.* III 3, 10)
M. Pomponius Bassulus (*cf. Ritschelius opusc.* IV 16 *sqq. Buechelerus carm. lat. epigr.* I *n.* 97)
P. Terentius Afer
Trabea *p.* 36
Sextus Turpilius *p.* 98
Vatronius *p.* 131 (*Buechelerus mus. Rhen.* 33, 310)
Vergilius Romanus (*Plin. epist.* VI 21)

Togatae

L. Afranius *p.* 193
T. Quinctius Atta *p.* 188
Aelius Lamia? *Pseudoacr. Hor. a. p.* 288
Antonius Rufus? *ibid.*
Titinius *p.* 157

Trabeatae

C. Melissus (*Suet. de gramm. ill.* 21 *cf. schol. Hor. a. p.* 288)

Atellanae

Aprissius (?) *p.* 332
L. Cornelius Sulla (*Athen.* VI *p.* 261 *c cf. Welckerus de trag. Gr.* 1362)
Mummius *p.* 331
Novius *p.* 307
L. Pomponius Bononiensis *p.* 269

Digitized by Google

Mimi

— Aemilius Severianus, Tarraconensis (*CIL* II *n.* 4092)
— Atticus (*Martialis* II 7, 3)
— Catullus *p.* 370
— Hostilius *p.* 372
Decimus Laberius *p.* 339
— Lentulus *p.* 371
Lucilius *p.* 373
— Marullus *p.* 373
Publilius Syrus *p.* 368
Valerius *p.* 367

Digitized by Google

INDEX FABVLARVM

Palliatae

ACHARISTIO Plauti
ACONTIZOMENOS Naevi
ADDICTVS Plauti
ADELPHOE Terenti
ADELPH . . Anonymi *p.* 131
AETHRIO* Caecili
AGITATORIA Naevi
AGROECVS Plauti (?)
AGRYPNVNTES Naevi
AMPHITRVO Plauti
ANAGNORIZOMENE Iuventi *p.* 94
ANDREA Caecili
ANDRIA Terenti
ANDROGYNOS Caecili
ANVS Plauti (?)
APPELLA Naevi
ARIOLVS Naevi
ARTEMO Plauti
ASINARIA Plauti
ASOTVS Caecili
ASTIOLOGA* Naevi
ASTRABA Plauti (?)
AVLVLARIA Plauti
BACARIA Plauti (*cf. Loewius Prodr.* 292)
BACCHIDES Plauti
BIS COMPRESSA Plauti (?)
BOEOTIA Aquili an Plauti? *p.* 38
BOETHVNTES Turpili
BVRRA Vatroni (*cf. Buechelerus mus. Rhen.* 33, 310 *cf. CGL* V 8, 20. 51, 3)
CAECVS *vel* PRAEDONES Plauti
CALCEOLVS Plauti
CANEPHORVS Turpili
CAPTIVI Plauti
CARBONARIA Naevi Plauti
CASINA Plauti
CAVPVNCVLA* Enni
CESISTION (†) Plauti (CACISTION *Ritschelius Parerg.* 151 COCISTRIO *Loewius Prodrom.* 291)
CHALCIA Caecili
CHRYSION Caecili
CISTELLARIA Plauti
CLAMIDARIA *i. e.* CHLAMYDARIA Naevi
COLAX Naevi Plauti
COMMORIENTES Plauti (?)
COMMOTRIA* Naevi
CONDALIVM Plauti (?)
CORNICVLA (*an* CORNICVLARIA?) Plauti
COROLLARIA Naevi
CVRCVLIO Plauti
DARDANVS Caecili
DAVOS Caecili
DEMANDATI Caecili
DEMENTES Naevi
DEMETRIVS Naevi Turpili
DEMIVRGVS Turpili
DOLVS Naevi
DYSCOLVS Plauti (?)
EPHESIO Caecili
EPICLEROS Caecili Turpili
EPIDICVS Plauti
EPISTATHMOS Caecili
EPISTVLA Caecili

Digitized by Google

EVNVCHVS Terenti
EX HAVTV HESTOS Caecili
EXVL Caecili
FAENERATOR (= OBOLOSTATES) Caecili
FAENERATRIX (*s.* FENERATRIX) Plauti
FALLACIA Caecili
FIGVLVS Naevi
FRETVM Plauti (?)
FRIVOLARIA Plauti
FVGITIVI Plauti
GAMOS Caecili
GEORGOS Anonymi *p.* 131
GLADIOLVS Livi
GLAVCOMA Naevi
GVMINASTICVS Naevi
HARPAZOMENE Caecili
HEAVTON TIMORVMENOS Terenti (*cf. Dziatzko mus. Rhen.* 27, 159 *sqq.*)
HECYRA Terenti
HETAERA Turpili
HORTVLVS Plauti
HYDRIA Anonymi *p.* 131
HYMNIS Caecili
HYPOBOLIMAEVS (= SVBDITIVOS) Caecili
HYPOBOLIMAEVS AESCHINVS Caecili
HYPOBOLIMAEVS CHAERESTRATVS Caecili
HYPOBOLIMAEVS RASTRARIA Caecili
IMBRII Caecili
KARINE Caecili
LAMPADIO Naevi
LEMNIAE Turpili
LENONES GEMINI Plauti (?)
LEON Naevi (*Gell.* III 3, 15)
LEVCADIA Turpili
LINDIA Turpili
LIPARGVS? (LVPERCVS *conieci* HARPAGVS *Loewius Prodr.* 292 *cf. Ritschelius opusc.* II 729 *sqq.* LEPARGVS *Buechelerus apud Winterum*) Plauti
LVDIVS Livi
MENAECHMI Plauti
MERCATOR Plauti
MERETRIX Caecili
MILES GLORIOSVS Plauti (*cf. Fleckeisenus mus. Rhen.* 14, 628 *sq. A. Riese ibid.* 22, 303 *sq.*)
MISOGYNOS Atili *p.* 37
MOSTELLARIA Plauti
NAGIDO Naevi
NAVCLERVS Caecili
NAVTAE? Naevi
NEAERA Licini *p.* 39
NERVOLARIA Naevi Plauti
NOTHVS NICASIO Caecili
OBOLOSTATES (= FAENERATOR) Caecili
PAEDION Turpili
PAELEX Naevi
PAGON? Plauti (*cf. coroll.* CIII *sq. Ritschelius Parerg.* 151 *opusc.* II 731 *Loewius Prodr.* 292)
PANCRATIASTES Enni
PARASITVS MEDICVS Plauti
PARASITVS PIGER Plauti
PARATERVSA Turpili
PATRVOS (= POENVLVS) Plauti
PAVSIMACHVS Caecili
PERSA Plauti
PERSONATA Naevi
PHASMA Plauti (= MOSTELLARIA) Lusci *p.* 96
PHILOPATOR Turpili
PHILVMENA Caecili
PHORMIO Terenti
PLOCINVM Plauti
PLOCIVM Caecili
POENVLVS Plauti
POLVMENI Caecili
PORTITOR Caecili
PRAEDONES Plauti (*cf.* CAECVS)

Digitized by Google

PROGAMOS Caecili
PROIECTVS Naevi
PSEVDVLVS (*an* PSEVDOLVS?) Plauti
PVGIL Caecili
QVADRIGEMINI Naevi
RVDENS Plauti
SATVRIO Plauti
SCEMATICVS? (*cf. Ritschelius Parerg.* 168 *sq.*) Plauti
SITELLITERGVS? (SVILLITERGVS *Buechelerus*) Plauti
SORTIENTES = CASINA Plauti
STALAGMVS* Naevi
STICHVS Plauti
STIGMATIAS Naevi
SVBDITIVOS = HYPOBOLIMAEVS Caecili
SYMBOLVM Caecili
SYNARISTOSAE Caecili
SYNEPHEBI Caecili
SYRACVSII Caecili
TARENTILLA Naevi
TECHNICVS Naevi
TESTICVLARIA Naevi
THENSAVRVS Lusci *p.* 96
THRASYLEON Turpili
TITTHE Caecili
TRIBACELVS* Naevi
TRIGEMINI Plauti
TRINVMMVS Plauti
TRIPHALLVS Naevi
TRIVMPHVS Caecili
TRVCVLENTVS Plauti
TVNICVLARIA Naevi
VERPVS* Livi
VIDVLARIA Plauti

Togatae

ABDVCTA Afrani
AEDILICIA Attae
AEQVALES Afrani
AQVAE CALDAE Attae
AVCTIO Afrani
AVGVR Afrani
BARBATVS (?) Titini
BRVNDISINAE Afrani
BVCCO ADOPTATVS Afrani(?) *cf. p.* 274
CAECVS Titini
CINERARIVS Afrani
COMPITALIA Afrani
CONCILIATRIX Attae
CONSOBRINI Afrani
CRIMEN Afrani
DEDITIO Afrani
DEPOSITVM Afrani
DIVORTIVM Afrani
EMANCIPATVS Afrani
EPISTVLA Afrani
EXCEPTVS Afrani
FERENTINATIS (= PSALTRIA) Titini
FRATRIAE Afrani
FVLLONIA Titini
GEMINA Titini
GRATVLATIO Attae
HORTENSIVS Titini
IDA (?) Afrani
INCENDIVM Afrani
INIMICI Afrani
INSVBRA* Titini *p.* 183
IVRISPERITA Titini
LIBERTVS Afrani
LVCVBRATIO Attae
MARITI Afrani
MATERTERAE (*an* MATERTERA?) Attae
MATERTERAE Afrani
MEGALENSIA Attae Afrani
NVRVS Attae*
OMEN Afrani
PANTELIVS* Afrani
POMPA Afrani
PRIVIGNA Titini
PRIVIGNVS Afrani
PRILIA* Titini

Digitized by Google

PRODIGVS Afrani
PRODITVS Afrani
PROMVS Afrani
PROSA (?) Afrani
PSALTRIA sive FERENTINATIS Titini
PVRGAMENTVM Afrani
QVINTVS Titini
REPVDIATVS Afrani
SATVRA Attae
SELLA Afrani
SETINA Titini
SIMVLANS Afrani
SOCRVS Attae
SORORES Afrani
SVPPLICATIO Attae
SVSPECTA Afrani
TALIO Afrani
TEMERARIVS Afrani
THAIS Afrani
TIBICINA Titini
TIRO PROFICISCENS Attae
TITVLVS Afrani
VARVS* Titini
VELITERNA Titini
VIRGO Afrani
VOPISCVS Afrani

Atellanae

ADELPHI Pomponi
AEDITVMVS Pomponi
AGAMEMNO SVPPOSITVS Pomponi
AGRICOLA Novi
ALEONES Pomponi
ANDROMACHA Novi
ANVLVS POSTERIOR Pomponi
ARIADNE Pomponi *Porphyr. ad Hor. a. p.* 220 *cf. Welckerus de trag. Gr.* 1363, *Vahlenus mus. Rhen.* 16, 473
ARMORVM IVDICIVM Pomponi
ARVSPEX vel PEXOR RVSTICVS* Pomponi
ASINA Pomponi
ASINVS* Novi
[ATALANTE Pomponi *Porph. ad Hor. a. p.* 220 *cf. Welckerus de trag. Gr.* 1363]
AVCTORATVS (*cf.* BVCCO AVCTORATVS) Pomponi
AVGVR Pomponi
AVTONOE Anonymi *Iuven.* VI 71
BVBVLCVS CERDO Novi
BVCCO ADOPTATVS Pomponi
BVCCO AVCTORATVS (*cf.* AVCTORATVS) Pomponi
BVCCVLVS Novi
CAMPANI Pomponi
CAPELLA Pomponi
CITHARISTA* (*an* HETAERISTA?) Pomponi
COLLEGIVM Pomponi
CONCHA Pomponi
CONDICIONES Pomponi
CRETVLA vel PETITOR Pomponi
DAPATICI Novi
DECVMA Pomponi Novi
DECVMA FVLLONIS Pomponi
DIVES* Pomponi
DOTALIS* Pomponi
DOTATA Pomponi Novi
DVO DOSSENNI Novi
ECVLEVS Novi
ERGASTILVS* Pomponi
EXODIVM Novi
FICITOR Novi
FVLLONES Pomponi Novi
FVLLONES FERIATI Novi
FVLLONICVM Novi
FVNVS Novi
GALLI TRANSALPINI Pomponi

Digitized by Google

GALLINARIA Novi
GEMINI Novi
HERCVLES COACTOR Novi
HERES PETITOR Pomponi
HETAERA Novi
HIRNEA PAPPI Pomponi
KALENDAE MARTIAE Pomponi
LAR FAMILIARIS Pomponi
LENO Pomponi
LIGNARIA Novi
MACCI GEMINI Pomponi
MACCI GEMINI PRIORES (?) Pomponi
MACCVS Pomponi Novi
MACCVS COPO Novi
MACCVS EXVL Novi
MACCVS MILES Pomponi
MACCVS SEQVESTER Pomponi
MACCVS VIRGO Pomponi
MAIALIS Pomponi
MALIVOLI Novi
MANIA MEDICA Novi
MARSVPPIVM (= VACCA) Pomponi
MARSYA Pomponi
MEDICVS Pomponi
MEVIA Pomponi *p.* 284
MILITES POMETINENSES Novi
MORTIS ET VITAE IVDICIVM Novi
MVNDA Pomponi
NVPTIAE Pomponi
OPTIO Novi
PACILIVS* Novi
PAEDIVM Novi
PANNVCEATI Pomponi
PAPPVS AGRICOLA Pomponi
PAPPVS PRAETERITVS Pomponi Novi
PARCI Pomponi
PARCVS Novi
PATRVOS Pomponi
PETITOR (= CRETVLA) Pomponi
PEXOR RVSTICVS* (= ARVSPEX) Pomponi
PHILOSOPHIA Pomponi
PHOENISSAE Novi
PICTORES* Pomponi
PICVS Novi
PISCATORES Pomponi
PISTOR Pomponi
PLACENTA Pomponi
PORCETRA Pomponi
PRAECO POSTERIOR Pomponi
PRAEFECTVS MORVM Pomponi
PROSTIBVLVM Pomponi
PYTHO GORGONIVS* Pomponi
QVAESTIO Novi
QVINQVATRVS Pomponi
RVSTICVS Pomponi
SANNIONES Novi
SARCVLARIA Pomponi
SATVRA Pomponi
SISYPHVS Pomponi *Porphyr. ad Hor. a. p.* 220 *cf. Welckerus de trag. Gr.* 1363
SPONSA PAPPI Pomponi
SVRDVS Novi
SYNEPHEBI Pomponi
SYRI Pomponi
TABELLARIA Novi (*an* Naevi?)
TOGVLARIA Novi
TRIPERTITA Novi
VACCA vel MARSVPPIVM Pomponi
VERNIONES (?) Pomponi
VERRES AEGROTVS Pomponi
VERRES SALVOS* Pomponi
VINDEMIATORES Novi
VIRGO PRAEGNANS Novi
ZONA Novi

Digitized by Google

Mimi

ALEXANDREA Laberi
ANNA PERANNA Laberi
AQVAE CALDAE Laberi
ARIES Laberi
AVGVR Laberi
AVLVLARIA Laberi
BELONISTRIA Laberi
CACOMNEMON Laberi
CAECVLI Laberi
CANCER Laberi
CARCER Laberi
CATINENSES Lentuli *p.* 71
CATVLARIVS Laberi
CENTONARIVS Laberi
COLAX Laberi
COLORATOR Laberi
COMPITALIA Laberi
COPHINVS Laberi
CRETENSIS Laberi
EPHEBVS Laberi
FABA Anonymi *p.* 374
FVLLO Laberi
GALLI Laberi
GEMELLI Laberi
HETAERA? Laberi
IMAGO Laberi
LACVS AVERNVS Laberi
LASERPICIARIVS Anonymi *p.* 374
LATE LOQVENTES Laberi
LAVREOLVS Catulli *p.* 370
MVRMVRCO* Publili
NATAL Laberi
NECYOMANTIA Laberi
NVPTIAE Laberi
PARILICII* Laberi
PAVPERTAS Laberi
PHASMA Catulli *p.* 371
PHORMIO Valeri *p.* 367
PISCATOR Laberi
PVTATORES Publili
RESTIO Laberi
SALINATOR Laberi
SATVRNALIA Laberi
SCYLAX Laberi
SEDIGITVS Laberi
SORORES Laberi
STAMINARIAE Laberi
STRICTVRAE Laberi
TAVRVS Laberi
TVSCA Laberi
TVTOR Anonymi *p.* 374
VIRGO Laberi

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google